



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

SS. Lupicinus Et Romanus CC. 28. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

cælum rapuit. ATHANASIA, ut impotens ferè matrum dolor est, immoritura mortuis videbatur; sed Julianus martyr, in cuius templo liberorum manibus parentabat, docuit liberis cælum non invidere. Quin imò invidit, sed rectè, uterque parens; &, ut eodem conniteretur, toto asse in miseros abjecto, in diversa cœnobia abiit. Jam anni iverant XII. cum una ambos cupido incessit ad sacra Solyæ loca visendi. Itaque idem paulò pōst iter jungunt, & agnoscit ATHANASIA incognita (vīrum, quò tutius peregrinaretur, pudor induerat) ANDRONICVM suum. Salute datā acceptaque iter silentio transfigitur. Inde regressos excipit eadem cella, alterosque XII. annos ANDRONICVS cum ATHANASIA habitat nescius novi conjugii. Vīrum nempe crediderat. Et erat: mulierem tamen mors & schediasma ponē caput repertū prodidit. Igitur corpus palmis coronatum, & elatū triumphi speciem non funeris præbuit, diuque nihil aliud in ore omnium quām *Femina monachus*, & monachus conjux fuit. *Ex Surio.*

Ideo nudi in seculo nascimur, nudi etiam ad Baptismi lavacrum accedimus, ut nudi quoque & expediti ad calijanuam properemus. incongruum verò & absurdum est, ut quem nudū mater genuit, nudū suscipit Ecclesia, dives velit intrare in cælum. S. Max. serm. de S. Mich.

SS. LUPICINUS ET ROMANUS CC.

28. Februarii.

Eadem studia, & vitæ rationem eandem audies in LUPICINO, & ROMANO, ut meritò fratres credamus germanos fuisse. Ambo siquidem virginitatem à teneris coluere; ambo hostes, qui ad nuptias impellebant, heu! nimium fortes, parentes

tes

Feb.
ma-
; sed
ma-
niv-
ens;
ab-
rant
So-
iter
vi-
rat)
iter
dem
um
Vi-
nen
dit.
im-
ihil
, &
tis-
i ad
lum
sia,
ch.
CC.
ies
res
vir-
ad
en-
res

28.Feb.

VITÆ SANCTORVM.

117

tes habuere. Pugnavit tamen pro filiis fortior in hos mors, & illi pudorem in eremum extulerunt. Hic etiam cum solos se crederent, soli non erant. Aderat hostis orcus, & crebrâ lapidatione tyrones animos terrebat, jamque in eam desperationem adduxerat timidos, ut in patriam repedarent; cum ex itinere à matronâ piâ de turpi fugâ notati erubuerunt viris animos à feminâ addi, & ut admissum dedecus eluerent, sublata manibus Crucis signa in hostem iterum verterunt, totaque victores eremo fugarunt. Tum denique cum ad signa mortalium plurimi, qui contra mundum nomen darent, concurrerent, terna castra, terna cœnobia sunt metati, more veteri omnem inde mulierem proscribentes. Stipendium insuper cælum dedit, cum LVPICINO defossas opes ostendit. Luxum tamen hic, & delicias ciborum severâ disciplinâ damnavit, eamque ob causam signa duodenî turpiter deseruerunt. Sed his quoque reditum ad stationem suam ROMANVS precibus suis impetravit. Idem cum apud leprosos divertisset, sordes pedum aquâ, tactu vero suo omnem in corpore lepram abstergens, divitem hospes symbolam sanitatem reliquit. Ex S. Greg. Turon.

Demus Deo aliquod tempus vita nostra, ne totum diem infelix ista vanitas & solicitude miseranda consumat: ne noctem totam perniciousus somnus & inanis sopor expendat, sed itidem pars diei ac noctis ipsi temporum deputetur Auctori. S. Pet. Chrysol. serm. 21.

MAR-